



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

138. Fer. 6. De Gratia consummata Beatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

240 *Feria 6. post Dom. 2. post Pasch.*
possent, & tandem gloria cœli acquiri, fe-
rendæ essent illæ, ut hæc acquiratur quia
major est gloria Dei, quàm poenæ inf. cui
superexaltat enim misericordia iudicium.
Satiabor, cum aparuerit gloria tua. Ibi spera,
ibi ama. August. serm. 8. de verb. Dom.

MEDITATIO CXXVIII.

Feria 6. post Domin. 2. post Pascha

De Gratia consummata Beatorum.

Aspiciam Beatos in plenitudine gratiæ,
quia gratiæ plenitudo & consummatio
est initium beatitudinis. Petam eam melius
agnoscere, & assequi.

Conf. 3. Quomodo gratia sit qualitas su-
pernaturalis, quam Deus imprimit in ani-
ma electi, tam pulchra, ut qui eâ potiuntur,
Spiritus creati sint, sicut Deus, maximâ simi-
litudine, quæ dari potest: si enim Deus non
esset simplicissimus, totusque substantia
pulcherrima. ipsa gratia esset propria pul-
chritudo Dei. Est hæc gratia amor habitualis
tam gratus Deo, ut non possit non amare
hominem gratiâ tali præditum, & peccato
mortali liberum.

Conf. 2. Quia omni esse naturali creatio
debentur potentiæ ad operandum propor-
tionatæ, infunduntur cum gratia dona De
omnia, & in Beatis perficiuntur, juxta ma-
gnitudinem

gnitudinem charitatis. *Qui non contemnat dulcedinem seculi inhians bonis vita aeterna.* ait D. August. tom. 3. in sentent.

Conf. 3. Tribus modis Deus nobis amabilia caeli bona invisibilia facit. 1. Per similitudinem optimorum visibilium, edentium & bibentium super mensam. 2. Per revelationem & laudationem, *neque in cor hominis ascendit.* 3. Per prægustum, qui est in spiritualibus consolationibus, quibus affecti omnes mundi voluptates rident & contemnunt.

MEDITATIO CXXXIX.

Sabbato.

De septem gaudijs B. M. Virginis propter bona gratia.

Aspiciam B. Virginem filiam primogenitam gratiae septem gaudijs propterea refertam. Petam ea gaudia intelligere, & consequi.

Conf. I. Quomodo gratia in B. Virgine, quia fidem Dei operata est, Divam reddiderit Beatam: *Beata, quae credidisti.* Idcirco gaudentem praè alijs, quia cognitio rei cum sic viva similitudo ejus, & vita animae, affert gaudium majus, quò nobiliora sunt, quae cognoscuntur: sed B. Virgo res Fidei omnium nobilissimas nobiliore modo agnovit: gavisita igitur praè alijs ex Fide.

L

1. Gra-